

quod non fiat secunda consecratio, vult suum corpus conservare in esse ex vi prima consecrationis, cum ergo Deus non conservet suum corpus in esse ex vi secunda consecrationis, quia illa non existente adhuc erat idem corpus conservaturus, sequitur juxta hanc doctrinam, non posse panem converti in corpus Christi.

Sed qualis & quanta sit hujus argumenti energia, & sui Auctoris intelligentia ex ejus textura, & modo loquendi colligi potest, dum inquit, quod Deus vult suum corpus conservare in esse ex vi prime consecrationis, & ex vi primi decreti, quo decrevit semper suum corpus conservare, ut patet ex hoc modo loquendi idem propositus apud ipsum sonat Corpus Dei, & Corpus Christi, quod an sit bene theologice dictum, judicet quilibet etiam parum in Theologia versatus, non enim propositionis illa, quae interdum per communicationem Idiomatum profertur, debent simpliciter, & absolute profertur in communi modo loquendi, ut absolute verum in seipsis, & quavis Ecclesia folemniter celebrat festum corporis Christi, non tamen corporis Dei; Sed his securilibus dimidiis, ad argumentationem negatam consequentiam, quod facta prima consecratione, ex vi cuius conservaretur Deus corpus Christi in Eucharistia, non possit rursum illud conservare ex vi secunda, & tertia consecrationis, & aliarum sequentium, quia consecratio in ordine ad conversionem panis in corpus Christi non exercet causalitatem nisi moralem, quavis autem respectu ejusdem effectus plures cause physice totales dari non possint, plures tamen morales non repugnant juxta dicta dicitur. Phis. q. 3. art. 2. n. 68. & superius dicitur de baptis. n. 60. & 65. & q. 9. huius dicitur art. 2. n. 212.

Denique constat ex dictis n. 299. quomodo sententia de Transubstantiatione adductiva sit magis de mente Scoti, & magis congrua ad explicandum huius mysterii sacramentum, ut de facto est institutum; & nihil urget, quae contra eam obijcit praefatus Auctor contr. 18. cit. concl. 2. quia hanc Transubstantiationem non dicimus consistere in pura, & nuda additione corporis Christi sub speciebus, ut patet ex dictis paulo superius n. 315.

QUESTIO DECIMATER TIA.

An de potentia absoluta possit corpus Christi esse praesens speciebus panis, manente adhuc panis substantia, & verborum veritate.

320 Huius etiam questionis discussio ad exactam transubstantiationis notitiam necessaria est, quae duas habet partes, ut ex eius titulo constat; prima est, an simpliciter, & absolute loquendo, & sine ullo respectu ad verba consecrationis possit fieri praesens corpus, & sanguis Christi speciebus panis, & vini, manentibus eorumdem substantiis; Secunda est, an etiam id fieri possit manente verborum veritate; quam plures enim primum concedunt, sed secundum omnino negant.

Quoad primam questionis partem nonnulli Thomistae ex sola praesentia Christi corporis sub speciebus absentia substantiae panis colligentes cum D. Th. q. 75. ar. 2. opinati sunt, etiam de potentia Dei absolute omnino repugnare, corpus Christi verum, & reale sub speciebus panis, & vini esse eorumdem substantias sub illis remanentibus; Alii vero putant, Christi quidem absolute posse fieri praesentem in sacramento, manente adhuc substantia panis, non tamen fore praesentiam eiusdem rationis cum illa, quam nunc habet in Eucharistia, quibus ex Recentioribus subscribere videtur Averfa q. 3. sect. 6. Communior tandem opinio absolute concedit, fieri posse ut Christus, salva manente panis substantia, habere praesentiam sacramentalem ejusdem etiam rationis cum illa, quam nunc habet, quod etiam docuit Scotus 4. dist. 10. q. 1. & d. 1. q. 3. quem omnes ferè Recentiores sequuntur. Quo vero ad alteram questionis partem Thomistarum rursus, quos in hac parte omnes ferè Recentiores sequuntur, putant, absentiam panis omnino colligi ex verbis consecrationis, afferunt consequenter, salva eorum veritate, non posse substantiam panis sub ejusdem accidentibus remanere; Scotus verò de contr. loc. cit. cum omnibus suis nedum absolute censet, non repugnare, substantiam panis, & corporis Christi sub istis speciebus simul remanere, sed etiam salva veritate verborum consecrationis, non quidem veritate praedicta, quam modo habent ex institutione Dei, & Christi, cuius virtute ea propositio est conversiva de facto, sed veritate speculativa, quae est ex instituto humano, & nullius facti, ut clarissimè infra patebit, explicando Scoti sententiam.

ARTICULUS PRIMUS.

Questionis Resolutio quoad primam partem.

321 Dicendum est, absolute loquendo fieri potuisse, ut Christus salva manente substantia panis haberet praesentiam sacramentalem ejusdem rationis, quae nunc est praesens eisdem speciebus. Est Scoti loc. cit. cum omnibus Scottistis, & communis inter Recentiores, & probatur, quia in hoc nulla assignari potest repugnancia, nec ex parte ipsarum rerum, seu terminorum, id est, corporis Christi, & substantiae panis, nec ex parte mutationis, aut

actionis, per quam sit illa praesentia; non quidem ex primo capite, quia non repugnat, unum corpus fieri alteri praesens in eodem loco per mutam penetrationem; ergo neque repugnat fieri praesens sacramentaliter; tum quia etiam nunc de facto quantitas corporis Christi est in tempore praesens quantum fieri panis; ergo eodem modo substantia corporis Christi praesens fieri potest substantiae panis, cum hic non sit major difficultas, quam ibi, non enim est magis incompossibilis substantia substantiae, quam quantitas quantitati, cum omnis in eo impossibilitas substantiarum in eodem loco & quantitate praesentium ortum ducat; tum tandem quia substantia Angeli per solas naturae vires potest fieri indivisibiliter praesens substantiae panis, ergo etiam substantia corporis Christi per absolutam ipsius Dei potentiam. Sed neque ex secundo capite ulla repugnancia potest assignari, scilicet, mutationis, aut actionis per quam fit talis praesentia, quia duae actiones partiales hic intelligi possunt, ut ait Scotus loc. cit. aut mutationis, a privativa, quae panis substantiam definit, altera positiva, quae corpus Christi fit praesens; haec autem actiones non sunt essentialiter connexae, & a se invicem separari possunt; ergo corpus Christi potest fieri praesens speciebus, sine panis destinatione, sicut vicium panis sine praesentia corporis Christi designare potest. Conf. quia de facto non fit praesens corpus Christi in hoc sacramento formaliter per destinationem panis, cum enim hec sit negatio actionis conservativae, non potest esse corporis formalis ratio essendi hic, sed per actionem positivam producentem, vel melius adducentem corpus Christi sub speciebus panis; sed haec ipsa terminari potest ad corpus Christi sub eisdem accidentibus, non corrupta panis substantia; ergo fieri potest praesens sacramentaliter manente substantia panis; minor probatur, quia substantia panis ad hanc actionem non occurrat, nisi ut terminus à quo positivus, ac quidem intrinsecè talem actionem non variat, cum extrinsecè tantum, & connotativè ad ea coneurat, sicut ad pari eadem foret actio creativa sanguinis, sive corruptio, five manente embryone, & eadem foret actio educitiva formae ignis, five manente, five corrupto termino à quo positivo; Quare si corpus Christi fiet praesens speciebus, manente substantia panis, intrinsecè, & formaliter esset eadem actio, quae nunc est, & solùm connotaret diversam, quia non connotaret positionem panis, defectu cuius connotatio non diceretur conversio. Ex quo tandem deducitur, quod etiam foret praesentia ejusdem rationis cum illa, quam habet nunc in Eucharistia, haberet enim omnes intrinsecas conditiones, quae nunc habet, quae praesentiam sunt tres; una est, quod corpus Christi ita sit praesens sacramento, ut non amittat praesentiam in Caelo; altera, quod sit indivisibiliter praesens, id est, totus in toto, & totus in qualibet parte, ut in eadem tandem, quod intinsece, & inseparabiliter sit praesens cum accidentibus panis, quae autem conditiones possent habere manente panis substantia; & hoc solùm esset defecti men, quod tunc accidentia panis non essent sine subjecto, vel si essent sine subjecto non tamen distarent ab illo; quod omnino per accidens se habet ad praesentiam corporis Christi, quare non impeditur, quin adhuc esset ejusdem rationis; ita hanc conclusionem cum Scoto probat Suarez d. p. 49. sect. 1. Becanus c. 18. q. 1. & alii Recentiores passim.

322 Resp. Aversa loc. cit. per Christi praesentiam sacramentalem ita substantiam panis excludit, ut nec etiam de potentia absoluta possit relinquere sub suis accidentibus, sicut antea erat, licet possit alio modo à Deo conservari, & inquit, ratione adducta probare solùm, substantiam panis non excludi per praesentiam Christi localem, quod ultro conceditur, non tamen probat, quod non excludatur per sacramentalem, quae quidem non respicit spaciū, sed ipsa accidentia panis, quae vis enim corpus Christi fit in loco speciebus, non tamen est sub speciebus, ut in loco, sed per praesentiam sacramentalem; quod ita explicatur, quia per hanc praesentiam constituitur Christus sub ipsis accidentibus, non quidem eo modo, quo is suberat substantia panis per modum subjecti sustentando accidentia; qui potius opposito modo, quo fit ut accidentia avellatur ab ipso subjecto, cui inerant, & dissolvatur unio inhaesiva, quam cum illo habebant, sicut quae per se existentia, eo quod sit talis modus praesentiae, & unionis Christi cum accidentibus, ut non compatiantur simul eodem modo naturalis unionis accidentium cum suo subjecto; per hanc ergo accidentium avulsionem excluditur substantia panis de sub ipsis accidentibus, & consequenter etiam definit quia sine accidentibus conservari non potest, &cludit itaque quod substantiam panis excludi per praesentiam corporis Christi, non quidem localem, ut bene probat argumentum pro nostra sententia adductum, sed per praesentiam sacramentalem jam expl. scilicet, etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam, quia cum tali modo praesentiae, & unionis inter corpus Christi, & species est prorsus incompossibilis naturalis modus unionis, & inhaesivus eorumdem accidentium cum suo subjecto; fateretur tamen, posse à Deo substantiam panis, quae de facto excluditur de sub accidentibus suis, vel sine accidentibus, vel cum aliis consimilibus, in eodem loco conservari, quia in hoc nulla repugnancia apparet de possibili.

323 Sed gratis omnino dicitur, modum sacramentalem praesentiae & unionis Christi cum accidentibus esse talem, ut secum non compatiantur etiam de potentia Dei absolute modum naturalis unionis ac-

nis accidentium cum suo subjecto, nam supra 4. 10. art. 2. jam cõclusum est cum Scoto 4. dist. 10. q. 6. concl. 4. inter species, & corpus Christi nullam physicam intetcedere unionem, nec formalem, nec effectivam, sed solùm realem, & inseparabilem praesentiam, quae Christus est indivisibiliter praesens speciebus, quae indivisibilis praesentia non ab aliqua forma unionis physica debet detineri, neque ab aliquo naturali, & necessario vinculo, sed solùm à divina voluntate, quae decrevit, corpus Christi esse intinsece praesens speciebus, quousque esse specieret retinent, non ergo ex vi alicuius actionis physicae definit substantia panis, quae corpus Christi fiat praesens accidentibus panis, quia ex natura rei nulla est physica in eo impossibilitas inter corpus Christi sub speciebus contentum, & substantiam panis, sed aut ex sola Dei voluntate, ut ait Doct. 4. dist. 1. q. 4. s. ad quest. aut ex ipsa verborum veritate, non quidem speculativa, sed practica, ut iam instituta est in huius sacramenti institutione. Deinde si semel conceditur, posse substantiam panis simul conservari cum corpore Christi sine unione cum accidentibus, adhuc tamen cum intima praesentia sub illis, quae bene habemus intantum, quod adhuc corpus Christi praesentiam sacramentalem haberet sub speciebus simul cum substantia panis, & quidem ejusdem rationis cum ea, quam nunc habet in Eucharistia, quia haberet tres illas conditiones jam enumeratas, quae sunt de eius intrinseca ratione; quod enim substantia panis remaneret sub accidentibus, vel per simplicem indefectam, vel etiam cum unione ad illa omnino per accidens se habet ad praesentiam sacramentalem corporis Christi nec obstat potest, quin adhuc in eo casu esset ejusdem rationis. Hoc Suarez d. p. 49. sect. 1. & d. p. 50. sect. 6. Coninch. ar. 4. Arb. 5. concl. 3. & alii Recentiores cum Scoto loc. cit. concedunt, substantiam panis ex vi praesentiae, quae in hoc sacramento Christus existit, non formaliter excludi, ita quod non solùm de potentia absoluta Dei, sed etiam ex natura rei abstractè ab efficacia, & veritate verborum, possit in sacramento existere Christus cum eadem illa praesentia, quam nunc de facto habet, non excludendo substantiam panis, quia non existit modo quærativo, sed instat substantiae spirituales; quod modus existendi non excludit alià re, ab eodem loco.

324 Dices cum Amico d. p. 18. sect. 6. per hoc non salvari naturam physice conversionis, quae in eo à morali distinguitur, quod physica per intrinsecam, moralis per extrinsecam duntaxat incompossibilitatem opponitur termino à quo, conaturalior autem modus, & magis proprius conversionis est, ut per intrinsecam incompossibilitatem terminus ad quem convertatur in se terminus à quo, alioquin si sola extrinsecè agens voluntas ad conversionem sufficeret, corruptio lapidis ex sola Dei voluntate connexa cum productione Angelis, esset conversio lapidis in Angelum.

Resp. negando, aut veram, & propriam conversionem requiritur semper physicam connexionem inter destinationem termini à quo, & positionem termini ad quem, & per intrinsecam incompossibilitatem unius cum alio, ad hoc enim etiam sola morali connexio sufficere potest, ut dicitur est q. 12. art. 1. n. 286. ubi etiam illam instantiam concessimus, si Deus velit, Angelum produci ex vi destinationis lapidis, & quod etiam hoc totum concederetur, & aliqua incompossibilitas ex natura rei admittetur inter substantiam panis, & corpus Christi sub eisdem accidentibus; adhuc per hoc non convinceretur, quod simul esse non possint per potentiam Dei absolutam; hoc enim impossibilitas sola naturalis terminorum impedire non potest, sicut patet de qualitatibus, & formis oppositis, quae naturaliter se excludunt, & tamen à Deo simul conservari possunt; gratias tamen concedimus, quod si corpus Christi fiet praesens speciebus simul cum substantia panis, hoc utique non fieret per actionem conservativam, quae modo intervenit, sed per actionem prout adductivam corporis Christi sub speciebus panis; nam haec ipsa actio adductiva, quae modo convertivam comitatur terminari potest ad corpus sub eisdem accidentibus, non corrupta panis substantia, & esset eadem formaliter, & intrinsecè, quae nunc est, & connotativè tantum diversam, quia non connotaret destinationem panis, defectu cuius connotatio non diceretur conversio, nec actionem convertivam habere annexam.

325 In oppositum arguit Thomista, quia ad veritatem huius sacramenti spectat, ut in eo verum corpus Christi existat, quod ibi ante consecrationem non erat, sed non potest fieri de novo ponitur corpus Christi, nisi per conversionem panis in ipsum; ergo &c. Minor probatur, quia quod incipit esse alicui praesens, ubi ante non erat, aut fit praesens per motum localem, aut per novam productionem, aut per conversionem alterius in ipsum; sed Christus non potest fieri praesens in Eucharistia per motum localem, aut per novam productionem, ut supra dictum est, quod procedit, ergo necessario debet fieri praesens per conversionem panis in ipsum. Confirmatur quia Patres perpetuo pro ratione praesentiae corporis Christi in Eucharistia adduxerunt conversionem substantiae panis in illud, quod praesentiam ex Damasc. colligit lib. 4. c. 14. ubi ait, corpus Christi esse in hoc sacramento, non quod ipsum ex Caelo descendat, sed quoniam panis, & vinum transeunt in corpus, & sanguinem eius. Denique non tantum Patres, sed Ecclesia ipsa in Conc. Lateranensi cap. Filii, et de summa Trinitate pro causa

praesentiae hanc conversionem adducit, cui postea Concilia Florentinum, & Tridentinum subscripserunt.

326 Resp. negando minorem, loquendo de possibili, esto de facto ita cõtingat, ad probationem negatur maior, quia potest agens increatum ponere corpus aliquod, ubi antea non erat, per simplicem mutationem acquisitivam ab eo; ulla deperditiva, & ab eo; ulla conversione alterius in ipsum; atque ita Christus in eo casu potest fieri praesens intrinsece per actionem accidentalem, sive per actionem adductivam, per quam nihil acquiritur panis praesentia; ratio est, quia praesentia, quam Christus nunc habet in Eucharistia est modus realis, & accidentalis, ut supra dictum est, atque ideo per se primò actionem realem terminare potest, quare sicut nunc de facto quasi secundario producit in sacramento, cessante substantia panis per actionem adductivam, quae tunc concomitatur actionem convertivam, ita per se primò produci potest per eandem, manente substantia panis, & nulla interveniente actione convertiva, Ad Confr. ex Patribus, & Conciliis conversionem panis in corpus Christi pro ratione & causa esse praesentiae sacramentalis adducentibus, dicendum est, aliud esse loqui de conversione, vel actione convertiva, ut scilicet aliud vero loqui de conversione, ut annexam habere actionem quoque adductivam, ut de facto contingit in conversione Eucharistica; nam ubi conversionis, ut sic, terminus ad quem non necessario ponitur ubi erat antea terminus à quo, ut dicitur est quest. praec. ar. 1. n. 288. ex Scoto quol. 10. sub lit. L. & N. ubi proinde inquit, quod absolute loquendo & panis possit esse sine huiusmodi praesentia, & possit dari talis praesentia sine illa panis destinatione, ut autem conversio annexam habet quoque actionem adductivam, utique ratione istius actionis annexae potest terminus ad quem esse per illam, ubi praesentia terminus à quo, & hoc est, quod ait Doct. dist. 11. quest. 3. infra N. ubi inquit, quod transubstantiatio productiva non est, terminus ad quem esse non potest, sed transubstantiatio adductiva includit mutationem quandam ad simplicem praesentiam circa terminum ad quem, & ratione istius bene potest, inquit Doct. terminus ad quem esse per illam, ubi non praesentia totum supra notavimus, 301. Quando ergo Patres, & Concil. dicunt, conversionem panis in corpus Christi esse causam praesentiae eiusdem sub speciebus, loquuntur de conversione, & transubstantiatione panis in hoc sensu, ut nimirum includit actionem adductivam concomitantem, ratione cuius praesentia panis; non verò de conversione, prout includit destinationem panis, quia absolute loquendo definitur potest sine tali praesentia; quoniam verò actio adductiva non essentialiter connexa est cum conversione, seu actione convertiva, ideo diximus, ex vi ipsius posse in praefato casu corpus Christi fieri praesens sub speciebus manente panis substantia.

327 Deinde arguit, quia per eandem actionem, per quam ponitur corpus, & sanguis Christi in hoc sacramento, definit substantia panis, & vini in illo; ergo implicat, poni in hoc sacramento corpus Christi, manente panis substantia, probatur assumptum, quia substantia panis, & vini est terminus à quo conversionis, per quem ponitur corpus, & sanguis Christi in hoc sacramento, ergo per eandem actionem, per quam ponitur hic corpus, & sanguis Christi, definit esse substantia panis, & vini; consequenti probatur, quia per eandem actionem, quae ponitur terminus ad quem, definit, & recedit terminus à quo, ut patet in generatione substantiali, quae cum sit essentialiter transitus à privatione ad formam, non importat duplicem actionem, sed unam, quae fit transitus de non esse formae ad esse formae. Confr. quia si actio, quae in hoc sacramento ponitur corpus Christi, non est eadem, sed diversa ab illa, quae definit panis, vel talis actio praesens, & formaliter sumpta est conversio, vel non; hoc secundum dici nequit, quia tunc corpus Christi non poneretur formaliter per conversionem in sacramento, quod est contra fidem; si primum, habetur adhuc intantum, quod per eam actionem praesens sumptam, quae ponitur corpus Christi, definit substantia panis. Denique corpus Christi sub speciebus necessario expellere debet substantiam panis ratione modi accidentalis superadditi, quo constituitur praesens speciebus, sive sit praesentia de praedicatione Ubi, sive modus aliquis unionis cum speciebus, est enim talis natura, ut secum non compatiantur modum naturalis unionis cum suo subjecto, ut dicebat Averfa.

328 Resp. huius argumenti solutionem cum eius consistit, pendere ex solutione illius difficultatis; An panis esse definit ex vi actionis, quae corpus Christi ponitur sub speciebus; in qua difficultate Thom. affirmant ob argumentum adductum. Alii verò dicunt panem quidem definire ex vi alicuius actionis positivae, non tamen illius, quae corpus Christi ponitur sub speciebus, quia substantia panis, & substantia corporis Christi non repugnant formaliter, & intrinsecè propria physice repugnancia, nec in ordine ad locum, ubi sunt species sacramentales, nec in ordine ad ipsas species, non in ordine ad locum, quia praesentia localis corporis Christi in hoc sacramento talis est, ut sit modo indivisibilis, & consequenter, ut non expellat inde aliam substantiam ex natura sua, imò nequam quantitatem, ut contingit de facto; nec etiam in ordine ad species quia



quia seclusa praesentia non possunt duae substantiae repugnare in ordine ad accidentia nisi propter aliquam unionem cum illis quia scilicet unio unius cum illis expellit unionem alterius sed hoc in praesenti dici non potest quia corpus Christi non habet unionem formalem cum accidentibus nec etiam effectivam ut in superioribus dictum est quare concluditur quod si panis desinit ex vi altitudinis actionis positivae hanc aliam esse non posse nisi illam quae accidentia a substantia panis separantur & per se solitarie constituitur facta namque tali separatione necessario substantia panis desinit esse quia naturaliter sine accidentibus suis conservari non potest ita Suarez disp. 50. sec. 6. cum aliis Recentioribus. Alii tandem dixerunt substantiam panis non desinere esse nec per illam actionem quae corpus Christi ponitur sub speciebus neque per ullam aliam positivam sed solum ex pacto & voluntate Dei qui statuit non conservare panis substantiam statim ac corpus Christi sub accidentibus panis constitueretur in quem dicendi modum Scotus inclinat 4. disp. 11. q. 3. ad 4. quae & fundamentum est quia nulla res desinit esse primo per actionem positivam omnis enim positivae actio per se tendit ad dandum aliquid esse ad destruendum autem sed ad tollendum esse non nisi ex accidenti & consequenter quatenus unum esse alteri repugnat sed in praesenti esse corporis Christi non repugnat cum substantia panis ut probatum est nec fingi potest aliqua alia res quae possit esse terminus actionis positivae quae cum illa substantia repugnet ergo solum potest desinere quia a causa agente non conservatur.

329 Ex qua doctrina ad argumentum propositum negandum est assumptum ad cuius probationem neganda est consequentia ad cuius rursus probationem dicendum est per eandem actionem quae ponitur terminus ad quem desinere & recedere terminus a quo ex accidenti & consequenter quatenus unum cum altero esse repugnat quod in proposito non verificatur ob rationem allatam unde de re facta quod substantia panis desinat quia a causa agente non conservatur ut tertia sententia dicebat quod si placeat dicere cum secunda sententia substantiam panis desinere ex vi illius actionis quae accidentia a substantia panis separantur neque id obstat quia per potentiam Dei absoluta adhuc substantia panis cum corpore Christi simul conservari possit quia licet ex vi talis separationis substantia panis naturaliter desinere deberet adhuc tamen facta tali separatione potest conservari supernaturaliter vel potius potest corpus Christi sub speciebus nulla facta separatione substantiae panis a propriis accidentibus.

Ad Confr. dicendum quod sicut in conversione seu transubstantiatione Eucharistica ad sunt duae veluti mutationes & consequenter quatuor termini una est destructio panis quae habet pro termino a quo esse panis & ad quem non esse panis altera est positio corporis Christi ibique habet pro termino a quo negationem corporis Christi ibique pro termino ad quem positionem corporis Christi ibique pariter duplex actio partialis intelligi potest intervenit una destructiva panis & altera factiva aequivalenter corporis Christi si alibi non esset quae modo secum habet annexam actionem adductivam vi cuius corpus Christi sub speciebus constituitur praesens & quia ex illis duabus actionibus partialibus modo constituitur Eucharistica conversio integrè & adaequatè hinc dicimus per conversionem poni corpus Christi modo sub speciebus unde si ibi poneretur manente panis substantia non poneretur ibi per conversionem sed per solam & simplicem adductionem. Ad ultimum negatur assumptum quia si talis modus accidentalis futer additus dicitur esse modus praesentiae praedicamenti ubi falsum est corpus Christi ratione talis modi debere substantiam panis expellere quia modus indivisibiliter existendi non habet contrarietatem in eodem spatio cum corpore divisibiliter existendi si vero sermo sit de alio quodam modo unionis iam constat ex dictis nullam talem unionem dari inter corpus Christi & species nec formalem nec effectivam & quod etiam talis modus daretur adhuc probari non potest illum modum habere contrarietatem cum modo quo substantia panis cum suis accidentibus unitur per receptionem & informationem tum quia licet corpus Christi uniretur accidentibus panis tamen proprie illa non reciperet & tum etiam quia modus ille quo corpus Christi accidentibus panis uniretur adhuc esset longè diversè rationis non per illum totum Christus esset sub integris speciebus & totus sub qualibet specie in parte.

319 Postremo arguitur ex absurdis. Primo quia opposita sententia tolleret reverentiam debitam Christo ut est in Euch. cui debetur cultus laetia sed dato casu quod ibi maneret substantia panis non deberet talis cultus exhiberi propter idololatram ad orando creaturam. Secundo quia tolleret significationem huius sacram. habet enim illud primò significare corpus ut primò signatū sed si ibi maneret substantia panis ipsa haberet ratione primi significati. Tertio quia tolleret formam Euch. in qua dicitur hoc est corpus meum quod non esset verum si substantia panis ibi maneret nunquid enim substantia panis est corpus Christi sed potius esset dicitur. Hoc est corpus meum. Quarto tandem tolleret usum huius sacramenti qui talis est ut sit cibus spiritualis animae si vero maneret substantia panis ipsa esset verè cibus quoque corporalis.

Resp. ipse Doct. disp. 11. q. 4. cit. infra B. etiam ea hypothesi data nullum sequi ex illatis absurdis non primum quia etiam modo non est idololatram qui adorat Christum in Eucharistica & tamè negari non potest quod etiam modo sit ibi aliqua creatura scilicet species Christi & ratio est quia non est adorandum sensibile contentum sed Christum contentum & eodem modo tunc diceretur Christum contineri sub pane quanto & quali & ita non panem adorari sed Christum in pane contentum ut in signo. Nec fecerunt secūdm absurdum quia primum significat ex institutione debet esse corpus Christi & ita esse maneat substantia panis sive non sed primum significat accidentium quod scilicet naturaliter significans semper est substantia illa quae primo affectu mutatur unde inquit Doctor quod argumentum est potius ad oppositum quia si esset hic substantia panis illa duplex significatio esset vera scilicet naturalis quae accidentia significans substantia panis & illa quae est ex institutione divina quae sensibile significat corpus Christi sed nec non potest salvari nisi precise altera vera. Nec sequitur tertium absurdum verum est enim quod hoc est corpus meum & hic est corpus meum sed non hoc accidens sed contentum sub accidente eodem modo si adesse panis non hoc quod est substantia panis esset corpus sed hoc quod est contentum sub pane esset corpus & maluit autem Salvator uti vocabulo Hoc quod Hic quia magis exprimit veritatem Eucharisticae licet utrumque dictum esset verum. Nec tandem sequitur quartum absurdum quia modo manifestum est quod illa species nutritiva secundum Ap. 1. Cor. 11. unus quidem escit alius autem ebrius est. & hoc ex perceptione specierum sacramentalium & tamen non negatur hic esse cibum animae cum datur contentum sub cibo corporali ita etiam si poneretur ibi panis manere esset ibi nutrimentum corporale & tamen contentum sub illo esse tantum nutrimentum animae.

ARTICULUS SECUNDUS.

Deciditur Quaestio quae ad alteram partem.

331 Quoad alteram questionis partem in qua est maior controversia dicendum est quod salva totali veritate verborum consecrationis potuisset substantia panis remanere sub accidentibus una cum corpore Christi quia Doct. 4. 11. q. 3. ar. 1. lit. A. ubi inquit absentiam vel desitionem panis absolute loquendo non colligi effecit ex verbis consecrationis. Hoc est corpus meum quia a dato quod substantia panis maneret adhuc salvaretur veritas illius propositionis siquidem non demonstratur substantiam panis sed contentum sub pane sicut modo non demonstratur accidentia quia tunc esset propositio falsi sed est sensus hoc ens contentum sub isto signo sensibile est corpus meum. Cōclusio prae est declaranda deinde probanda pro cuius declaratione advertendum est cum Hiquo in suo Commentario loc. cit. controversiam praesentem esse solum de virtute particulae demonstrativae an possit demonstrare corpus Christi contentum sub substantia panis quanti & qualiter non autem in proposito ut esset conversiva de facto verificari possit nisi facta conversione quia Doctor in decisione illius primi articuli quantum ergo ulterio admittit huc esse praesens eius sensum in quantum praesens est & de facto ex institutione Christi tantum ergo queritur an hic sensus eius praesens quem de facto habet ex Christi institutione evidenter colligatur ex particula demonstrativa inquam huc ex institutione communi hominum significat sicut alia demonstratio & consequenter oratio esset falsa nisi fieret conversio quamvis Christus esset praesens substantiae panis eo modo quod nunc est praesens speciesbus vel certe an ita possit accomodari institutioni Christi huius formae salva eius veritate speculativa quam habet ex communi hominum institutione ut faceret corpus Christi praesens non convertendo substantiam panis in ipsum non sunt ergo considerandae hae duae significationes formae quarum altera est speculativa quae est ex humana institutione & nullius factiva altera vero praesens ex institutione Dei & Christi quae hae propositio est factiva sui termini eo modo quo reliquae formae sacramentalis dicuntur praesens ex divina institutione & non humana & ne has significationes confundamus sermo hic est de particula & propositione demonstrativa iuxta veritatem quae illi competit in priori sensu speculativo ita ut sensus questionis sit an possit illa praesentia demonstrari de rigore sermone per illam propositionem. Hoc est corpus meum etiam si non est praesens sed tantum speculativa vel si illa forma potuisset ita institui ut tantum esset adductiva corporis Christi & non conversiva panis in ipsum & in hoc sensu explicato quaesito propositam conclusionem affirmativè respondemus.

332 Sic ergo declarata cōclusio probatur ratione Doct. ut ea deducit Hiquo quia ly hoc in ea propositione non demonstrat accidentia quae sunt praesentia sed contentum tantum sub accidentibus esse corpus Christi sed in casu possit habere eandem veritatem quam vis maneret substantia panis ergo ex vi sermone non colligitur substantia panis abesse inquam propositio est demonstrativa.

strativa Minor probatur particula demonstrativa non magis nata est referri ad substantiam panis quàm ad significationem absolutam quae ipsi competit quàm ad quodcumque ens praesens ergo non magis nata est demonstrare substantiam panis quam ipsa accidentia pro quibus demonstrat etiam supponere potest ergo si in ea propositione non designat accidentia tantum corpus Christi ita etiam non designat substantiam panis adesse quia tunc pro nomine Hoc non demonstrat substantiam panis sed contentum sub illo sicut modo non demonstrat accidentia sed contentum sub eis. Confr. nam quando aliquid commune demonstratur restrictivè per predicatum non statim pro eo quod sub illo predicato etiam alia sub illo communi continentur per regulam logicam docentem quod talia sunt subiecta quae permittuntur a suis predicatis unde dicendo hoc animus est homo vel Sortes animus non stat pro leone vel equo ergo demonstratur hoc ente cōtento sub speciebus restrictivè ad corpus Christi subiectum habet praesens pro ente vel substantia quae est corpus Christi quavis etiam sit ibi substantia panis ad hoc ergo in tali casu servare veritatem speculativam verborum cum coexistencia panis & sensus formae optimus esset quod idem quod sub pane demonstrat esset corpus Christi quod plane verum esset si corpus ipse esset simul praesens realiter cum substantia panis ubi valde advertendum est quod non dicitur Doctor sensum formae esse corpus Christi esse quod sub speciebus panis solis continetur sed quod continetur hoc pane & sub substantia panis quanti & qualiter unde data haec hypothesi signum sensibile corporis Christi in sacramento non esset sola species seu sola accidentia panis modo sed ipsa substantia panis cum talibus accidentibus sicut cum demonstrato dolo vero dicitur hoc est vinum cuius sensibile signum non sunt sola accidentia ligni sed ipsa ligni substantia cum talibus accidentibus.

333 Resp. Suarez disp. 49. sect. 2. illud nomen hoc applicari posse vel ad rem quae ex natura sua veluti vel arte aliam continet ut dolum crumenam & similia quae aliud continent instar vasculi & in his verificatur quod ipse demonstrat demonstratur substantiam quae sub eis continetur ut si quis ostendo dolo dicit hoc est vinum vel applicat rei quae non est apta continere aliam ad instar vasculi crumenae & res similes & illa demonstrant solum substantiam quae proxime sub illis accidentibus continetur unde si quis demonstrat triticum dicit hoc est autum dato quod sub materia tritici est autum non significat autum sed solum tritici substantiam quae triticum de sui natura & ex communi usu non est aptum demonstrare aliud quàm substantiam proxime contentam sub propriis accidentibus sed panis est de numero istarum rerum secūdm ordinem quae non sunt aptae demonstrare aliud sed solum substantiam proxime contentam sub propriis accidentibus quare si in Eucharistica dicitur simul cum corpore Christi etiam substantia panis aliud pronomen Hoc non demonstrat corpus Christi illud ibi existere sed solum substantiam panis & sic vera consecrationis essent falsae Ad id Cardinalis de Lugo Metacius & alii quod si praeter vinum in dolo esset aliud ad mixtum illa propositio hoc est vinum esset falsa quia haec propositio facit sensum totum quod continetur in hoc dolo est vinum talis est enim vis huius voculae demonstrativae hoc ex communi usu unde si quis haberet butrum plenum auro & argenteo non posset verè dicere hoc est aurum vel argentum sed hoc est aurum & argentum quia ly Hoc significat totum quod est in crumenam illud autem totum non est aurum nec argentum sed utrumque simul quare in casu nostro si praeter corpus & sanguinem Christi sub eisdem accidentibus contineretur etiam substantia panis & vini non esset vera illa propositio hoc est corpus meum hic est sanguis meus.

334 Hec solutio vim argumenti non tollit quia vis enim panis sit de numero rerum secundum ordinem quae non sunt aptae demonstrare aliud praeter substantiam panis quae non maneat demonstrativa hoc solum verum est quod significatio naturalis non autem quod significatio accidentium ex institutione quae ex placito alicuius in futurum fundatur potest patet de ramo viridi qui cum suis accidentibus significat naturaliter propriam substantiam sub eis contentam & ex institutione significat potest vinum vendibile significatio naturalis accidentium semper est substantia panis quam primo affectum vel nata sunt affectu quia illa significatio naturalis non mutatur significatio vero ex institutione est corpus Christi ut ait Doct. disp. 11. q. 3. sub lit. C. ita data illa hypothesi illi naturalis remanere possent cum duplici significatione actuali si panis remaneret accidentia illa significaret panem naturaliter & corpus Christi ex institutione. Quando autem terminus aliquis pro diversis accepti potest & supponere in oratione per dicitur ut pro uno tantum supponat ut patet in exemplo allato quod dicitur hoc est corpus meum vel hoc est corpus meum quod dicitur modo adesse corpus Christi non proprie diceremus hoc est corpus Christi quia illud pronomen hoc designat proximum contentum sub

adjecti potest vel pro naturali significato vel pro illo quod est ex insituro in propositione supponere & sic contingit in propositione ubi forma ex insituro Christi significat praesentiam sui corporis sub speciebus simul cum pane. Confr. a similia quia haec propositio est vera. Hoc est calicem consecratum calicem consecratum ubi demonstratur tantum species quibus competit praedicatum & non ipsam contentum qui repugnat unde sicut hoc praedicatum tantum speciebus consecratis convenit ita etiam particula demonstrativa ad eas formas referretur & non autem Christum contentum alioquin propositio vera non esset ergo particula demonstrativa id determinat tantum demonstrat ad quod limitatur adiectum in proposito autem limitatur per adiunctum praedicatum ut demonstrat corpus Christi praesens & non aliud.

335 Praeterea factum est etiam quod addebat Card. de Lugo quod ex communi sensu ly Hoc significat totum quod est sub speciebus quia etiam panis substantia destruitur ut de facto contingit ad hoc ly Hoc non significat totum quod continetur sub speciebus non enim significat humanitatem nec divinitatem speciebibus cum de illis non sit verum dicitur quod sunt corpus Christi ergo ex praedicato adiuncto ly Hoc determinat ad significandum tantum illud cui natum est comparere verè praedicatum corporis quae datur etiam hypotesi quod facta consecratione adhuc substantia panis permaneret non necessario ly Hoc totum significaret quod sub speciebus contineretur sed determinat potest esse praedicatum adiecto ut significat solum illud quod est corpus Christi. Confr. quia ex communi sententia non impedit veritatem forme sanguinis quae est accidentia demonstrativa quando ex casu aqua non convertitur in vinum & hoc non obstante Ecclesia per particulam demonstrativam designat solum corpus & sanguinem Christi in illa Canonis presecratione calicem consecratum & sanguinem Christi in illa Canonis presecratione calicem consecratum non est calicem consecratum quod est sub speciebus sed solum sanguinem presentem quoniam vis aqua fit in calice admixta Denique ad tollendas omnes infantias & cavillationes ad vertendum est quod iam diximus quod data hypothesi signum sensibile corporis Christi in sacramento non esset sola species aut sola accidentia panis sed ipsa substantia panis cum talibus accidentibus sicut signum sensibile vini vendibilis non est sola tamen expositi vendituras sed ipsa quoque tamen substantia panis cum suis accidentibus & signum sensibile vini in dolo contenti non sunt sola accidentia ligni sed ipsa ligni substantia cum talibus & ideo cum sub sensibili panis substantia solum corpus Christi contineretur de ipso solo forme consecrationis verificaretur & ly Hoc solum corpus Christi praesentiam significaret & demonstraret non autem panis substantiam quia data hypotesi etiam hoc esset signum simul cum suis accidentibus non vero signatum.

336 Sed Obijciunt Ecclesiam ex verbis formae colligere conversionem panis & vini in corpus & sanguinem Christi ut patet ex Trid. sess. 12. c. 4. ubi ait Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id quod sub specie panis offerrebat verè esse dixit ideo postquam semper in Ecclesia fuit per consecrationem panis & vini fieri conversionem totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Conc. Trid. loc. cit. ex quibus verbis manifestè colligitur veritatem verborum consistere non posse manentem substantiam panis & vini & per consequens ex veritate verborum consecrationis rectè colligi absentiam panis & vini in sacramento Eucharisticae.

337 Deinde arguitur ratione nam quodammodo dicitur substantia panis non colligatur Unde quodam Concil. inquit quia Christus dixit quod offerrebat esse corpus tuum ideo semper in Ecclesia persuasum fuisse per consecrationem panis & vini fieri conversionem &c. his verbis significare voluit quod licet essent eorum verborum alii sensus esse huic tamen Ecclesia a Deo edocta ex illis verbis elicit non autem quod ille solus ex vi verborum in se praesens spectatorum elici debeat ut sensus profertur in h. l. c.



sub accidentibus, quod non esset corpus Christi in ed substantia panis; ita arguit Beatus 23. q. 2. n. 17. ubi tamen factus hoc argumentum esse efficacius moraliter, non autem metaphysice.

338 Responsum, quod quavis regulariter loquendo ita contingat, absolute tamen aliter fieri potest, nam accidentia altaris suppone natura non sunt apta significare nisi substantia panis, & tamen corpus Christi ex divina institutione de facto representant, & significant, sicut ergo potuit Deus facere, ut quod est signum unius rei naturalis, fiat signum alterius ad placitum, & artificiale, sic etiam facere potuit, ut panis, cum suis accidentibus esset signum nature sue substantia, ex particulari institutione esset signum ad placitum corporis Christi, & tunc sicut ab illis, quibus talis institutio notificata fuisset, cercitudinaliter credi posset, sub accidentibus panis realiter etiam corpus Christi reperiri simul cum ipsa panis substantia, ita etiam posset ab illis ostentari pane demonstrari, & dici, Hoc est corpus meum, quibus verbis significaretur tantum substantia corpus Christi, & non substantia panis, tum quia predicatio illud corpus meum non potest permittere ly Hoc, & supponere substantiam diversam ab ipso corpore Christi, tum quia determinatur locutio Christi in eo casu ad significandum illud tantum, de quo postea dubitari an esset corpus Christi, non posset autem rationabiliter dubitari de speciebus, aut substantia panis, quod essent corpus Christi, & ideo ex vi verborum determinatur ad illud solum significandum, cui posset competere predicatio corporis Christi; Et plane sicut fieri potuit ex homini institutione, ut substantia, que est tantum sui ipsius representativa cum his, vel illis accidentibus aliam substantiam demonstraret, posset ut patet de dolio, arca, et m. m. &c. ut proprietate ostentari, vel manifestari, posset cum omni proprietate dici, hoc est vinum, hoc est aurum, ita etiam ex institutione divina fieri potuit, ut panis supere natura aptus ad se ipsum solum representandum posset aliam quoque representare substantiam sub se contentam, tanquam sub signo sensibili & facere, ut substantia panis cum suis accidentibus corpus Christi presens significaret, & proprietate ostentari cum omni proprietate sermonis dici posset: Hoc est corpus meum, supposita eius reali existentia sub panem, ut ait Doctor d. 11. q. 4. infra B. dato, quod substantia panis maneret non demonstraretur per ly Hoc substantia panis sed contentum sub panis, quod modo non demonstratur accidentibus, tunc propositio esset falsa, sed sensus est, hoc ens contentum sub isto signo sensibili est corpus meum.

339 Denique etiam Adversarii fatentur, ad veritatem demonstrationis, & verborum consecrationis simpliciter, & absolute salvandam iuxta id, quod habet ex communi acceptione, non fuisse necessarium, conversionem fieri, ut fit modo virtute formae per destructionem panis, si quidem quae impleret ex ipsa etiam tenent, hanc consecrationem Deum ita facere potuisse, ut fieret Christi sacramentaliter presens species non converso pane in ipsi sed vel annihilato, vel separato, & alibi conservato, quo casu salvaretur veritas demonstrationis, & verborum consecrationis absque ulla conversione panis in corpus Christi, iam ergo sic discutendo sententiam ad veritatem demonstrationis, & verborum consecrationis solum requirit, ut Christus sit praesens sacramentaliter, vel alio modo realiter, nec necessario requirit conversionem panis in corpus Christi, iuxta quam doctrinam est ex veritate verborum absentia panis necessaria colligeretur, non tamen eius conversio in corpus Christi, unde ipsi quoque explicare tenentur testimonium Concilii Trid. l. c. quod contra nos adducunt, ubi ex verbis formae non tantum absentiam panis, sed etiam eius conversionem deducere videntur, unde non minus contra ipsos, quam contra nos militat, si intelligatur, ut ipsa verba sonant; Sicut ergo, ipsi quoque, gratis admittunt, ex veritate verborum non sufficienter colligi conversionem panis in corpus Christi, non obstantibus Concilii verbis, sed tantum absentiam panis, nam frante tali absentia panis, si ve convertatur in corpus Christi, si ve non, verba consecrationis; Hoc est corpus meum, verificarentur, significarent enim, solum Christi corpus contineri sub accidentibus panis, sicut nunc de facto continetur; Ita nos quoque ulterius addimus, quod ad hoc non obstante praesentia panis forma esset vera, ob rationes adductas; Et sicut ipsi dicunt, quod ex veritate formae secundum se considerata, seu institutione particulari Christi, quae voluit, ut esset praesens per conversionem panis in ipsum, non potest probari sufficienter conversio; ita quoque nos addimus, nec etiam sufficienter inde deduci posse absentiam panis, quia panis praesentia non impedit, quo minus forma tum significet illam rem, que est sub pane, hoc est solum praesens cum pane, esse corpus Christi.

QUESTIONE DECIMA QUARTA.

Quid possit Christus agere, & pati, prout existit in Eucharistia.

340 Procedit questio tam de actionibus, & passionibus spiritualibus, quam de corporeis, & materialibus, & est questio tam de corpore, quam de anima Christi sacramentaliter existentis, & difficultas procedit de corpore Christi, non secundum statum, quem iam habet, nam cum sit in Caelo gloriosum, ac proinde impatiibile, ipsa etiam in hoc Sacramento est impatiibilis, proinde itaque difficultas abstrahendo ab eo statu, & considerato cor-

pore Christi secundum suam naturam, & spectato secundum praesentiam sacramentalem precise, & sensus est, ab abstrahendo ab eo, quod sit gloriosus, illud considerando passibile, quomodo erat in nocte Cenae existentis sacramentaliter, sit capax ulius actionis, aut passionis, tam in manibus, quam in transire; Nec est difficultas de potentia Dei absoluta, quia de illa loquendo omnes concedunt, posse efficere quaecumque actiones, tam spirituales, quam materiales, ac etiam passionem esse rationis recipere, cum in hoc non appareat repugnantia, & Christus in Sacramento existens habeat potentiam obedientialem, tam activam, quam passivam, quae caetera creatura; Et tandem sermo est de actionibus, & passionibus, quae per se primo Christo Domino convenire possunt naturaliter, prout est in Sacramento, & quaerimus, quae actiones exercere possunt naturaliter in Eucharistia, & quas passiones possit ab aliis recipere; nam si sermo sit de his, quae exercet in suo statu naturali in Caelo, aut quae illi in tali statu exercere possunt, an scilicet easdem quoque formas habeat etiam in Sacramento per concomitantiam, pedit ex illa questione filosofica; an replicato aliquo corpore pluribus in locis, omnia, quae in uno loco, etiam convenienter, ubiqueque existit, quam iam tractavimus disp. 1. Phys. q. ult. rem brevitur expediemus duobus sequentibus articulis, in quorum primo agemus de corpore, & in secundo de anima Christi sacramentaliter existentis in ordine ad actiones, vel passiones, quae naturaliter in tali statu exercere, vel recipere possunt.

ARTICULUS PRIMUS.

An Corpus Christi sacramentaliter existens naturaliter agere, vel pati possit active corporea.

341 Primo dicendum est, repugnare naturaliter, corpus Christi sacramentaliter existens patri passionem aliquam corpoream sive se, sive ab extrinseco agente creato. Conclufio est contra Oecham, Majorem, Rubionem, Alacensem, & alios Nominales oppositum asserentes, unde consequenter dicunt, Christum non modo naturaliter videtur seipsum sacramentaliter existentem, sed etiam circumstantibus, eo quod loquentes ad se ipsum addunt, quod si Deus agere velle iuxta exigentiam in casu firmum naturalium, corpus Christi in Sacramento existens, & videretur a nobis, & in circumstantiis ageret, sed ad meritum fidei haec omnia nobis occurrunt per suspensionem concursus causis naturalibus debitis; Est tamen assertio Scoti d. 10. q. 6. & 7. s. respondens, q. 10. s. Hic dicitur; quam praeter Scotistas tenent etiam communiter Recentiores, probant cum Scoto loc. cit. d. 10. q. 6. B. quia nulla virtus creata potest agere in corpus aliquid, non sibi proportionate, vel approximatum secundum locum, sed corpus Christi non est in hoc Sacramento, ut in loco, & per consequens nulli approximatum secundum locum, imo tantum illa species, sub qua existit, approximatur culicique agenti creato illa approximatio, quae ad usum Ubi haberi potest, ergo corpus Christi, ut existens in Eucharistia, a nulla virtute creata potest primo moveri, & pati passivum aliquam corpoream.

Confirm. quia vel agentia naturalia in corpore Christi producerent qualitate extensam per partes vel totam in toto, & tota in qualiter parte, sicut de facto existit qualitates corporis Christi in ordine ad seipsum non primum, quia non potest accidens extensum recipi in subiecto localiter inextenso, nam in corporebus quantitas, ut localiter extensa est conditio naturaliter requisita ad recipiendam passionem corpoream, neque secundum, quia illud fieri nequit ab agentibus naturalibus praesentibus corporeis; imo etiam si consideretur agens spirituale, nempe Angelus, ad hoc in subiecto corporeo modum existendi extensivum requirit; Ex quo inferitur, corpus Christi sub Sacramento existens, non modo seipsum sacramentaliter existens non videre, sed nec naturaliter videre, vel audire per se circumstantes, aut ullam sensationem externam, vel internam in seipso producere, cum eadem sit ratio quoad receptionem de his actibus, & aliis effectibus materialibus ab extrinseco agente creatis.

342 Sed Obicit, quia non excedit naturales vires agentis corporei, producere unionem divisibilem ex parte corporis humani, & indivisibilem ex parte anime rationalis; ergo nec est supra vires naturales eiusdem, quod in corpore Christi sacramentaliter existente unionem producat ex parte formae divisibilem, & ex parte corporis indivisibilem.

Confirm. quia corpus Christi indivisibiliter existens se habet, ut anima rationalis respectu unionis corporis cum ea copulantis; ergo si hoc naturaliter a generate produceretur, etiam illa naturaliter ab agente naturali corporeo poterit produci. Tandem nil obicare videtur, quin saltem Angelus aliquam talem formam corpoream posse inducere in corpore Christi sacramentaliter existens, quia potest ei approximari, & extensio non indiget; Vel saltem quamvis non possit primo, & tamen moveri localiter, ab aliquo agente corporeo, possit tamen moveri saltem ab Angelo, sicut unus Angelus potest alium Angelum movere, sine ulla dependentia a quantitate, aut modo existendi, quae ratio ita non videtur, cur non possit directe movere corpus Christi Dominum, ut est in Eucharistia; quia potest unus Angelus movere alium Angelum per solum

soli contactu virtutalem, qui nulla supponit in subiecto extensionem, cum ergo corpus Christi sacramentaliter existens sit capax huius contactus virtualis, potest talem motum ab Angelo recipere.

Resp. negando consequentiam, id est enim non semper excedit vires naturales agentis corporei producere unionem divisibilem ex parte anime extremi, & indivisibilem ex parte alterius, ut est in casu de unione anime rationalis cum corpore, ut est in virtute ipsius, se extendit ad producendum unionem ex parte extremi proportionatam, at in proposito de unionem formae extremi corpore Christi sacramentaliter existente, cum utrumque extremum sit corporeum, talis unio naturaliter ex parte utriusque extremi indivisibilitatem perdet.

Ad Confirm. negatur assumptum, quia anima rationalis est indivisibilis quoad formam entitatem, per quam naturaliter unione postulat indivisibilem sibi proportionatam, corpus Christi per praesentiam indivisibilem non fit secundum entitatem propria indivisibile, per quam est subiectum corporeae unionis, cum talis unio non in praesentia indivisibili corporeis, sed in ipso corpore subiectetur.

Ad ultimum rursus negatur assumptum, id est impedit, tum incapacitas subiecti receptivi, scilicet, corporis Christi, quod licet in se sit extensum, modo tamen existit inextenso in Eucharistia; tum etiam exigentia formae receptibilis, scilicet rei corporeae, quae cum ab Angelo suo modo quantitativo explicari nequeat, corpori se existenti proportionari nequit.

343 An vero saltem ab Angelo corpore Christi sacramentaliter existens possit directe, & per se localiter moveri, agat Sinar. Lug. Rada. Gav. Areticus, & Alii Recentiores, quia praesentia corporis Christi est supernaturalis in substantia, talem autem non potest Angelus producere, ergo nec movere Christum localiter, quia moveri non potest, quod producat nova talis praesentia. Athis super naturalis Christi, sive species est distinctissima a praesentia quam habet, aut locum; illa enim eadem, & eiusdem rationis praesentia, quam habet sub speciebus, est indifferens ad quemcumque locum, & nunc est in uno, nunc in altero loco, & haec autem altera praesentia ad locum non est supernaturalis in substantia, unde nil impedit, quo minus possit ab Angelo produci, atque ita Christum ab Angelo localiter moveri, neque enim impeditur negotio dimensionis, alioquin alium Angelum movere non posset, neque in distantia, quia Angelus fieri inter se praesens Christi corporei, & anime, neque unio naturalis, aut physica inter Christum, & species, quia nulla talis ad se superius dicitur, sed per voluntatem divinam assuit intimae praesentis species; nec tandem impeditur a virtute Christi resistentis, quia supponimus virtutem physicam Angeli esse maiorem virtute naturali, seu physica Christi corporei.

344 Scotus, d. 10. q. 6. lit. C. in primam sententiam magis inclinat videtur, inquit enim, quod licet manifeste sit, corpus Christi sacramentaliter existens ab agente corporeo localiter moveri non posse, quam ab Angelo, tamen Angelus si agat circa corpus realiter transmutandum, illud realiter sibi approximatum localiter, vel saltem debet localem existentiam, quia virtus eius non potest esse ad aliquem motum in corpore nisi presupposito Ubi illius corporei, aut Christi in Sac. existens non est ibi localiter; ergo Angelus non potest illud transmutare, seu movere; Et si dicatur, quod licet praesentia sacramentalis non sit proprie localis, non tamen impedit habere propinquitatem, quia ut inquit Rubion d. 10. q. 6. etiam Angelus habet consimilem modum essendi in loco ei, quo Christus existit in Eucharistia Sacramento, & tamen non est negandum, quod unum Angelum posse movere localiter alium. Negatur paritas, quia Angelus motus ab alio Angelo, esset in suo loco naturali, & vere esset ibi localiter propinquus, at corpus Christi sub Sacramento existens non habet eque distantiam, neque propinquitatem ad aliud corpus, vel Angelum, nam distantia, & propinquitas sunt conditiones situs, seu corporis existentis in loco circumscriptivae; alia argumenta vide soluta apud Doctorem loc. cit. Sed instat Amicus disp. 20. sect. 2. in fine, quod licet extensio localis, & quantitas requiratur in subiecto corporeo ad patendum, non tamen in agente corporeo ad agendum, quia in passio requiritur, ut naturalis conditio ad agendum, ut naturalis conditio agendi, cum agens formaliter non agat per quantita tem, sed per qualitate quoque etiam indivisibiliter existens, & in puncto redacta ad hoc tenet suam vim agendi, ergo localis extensio in agente corporeo requiritur solum ad conaturaliter existendum, quia tamen super naturaliter sub lata poterit agens corporeum naturaliter agere a ditione corporea in corpus sibi propinquum; quia ratione tenet Amicus ibidem, non repugnare naturaliter, ut corpus Christi sacramentaliter existens actione corporea agat in corpus sibi propinquum.

341. art. 11. & di 22. art. 4. n. 70. se. l. etiam verè, & proprie secundum substantiam, ut ex professo ostensum est supra q. 11. huius disp. art. 2. diffin. 2. n. 248. contra eundem Auctorem.

Denique, quamvis Angelus, & anima separata mobile sibi propinquum cum eis in loco uniformiter existens movere possint, quando mobile est naturaliter in loco, vel in loco sibi naturali; non tamen hinc bene deducitur, posse pariter movere corpus Christi in Sacramento existens, quia licet sic existens sit in loco uniformiter cum Angelo, & anima quoad hoc, quod est in loco indivisibiliter, id est, non modo quantitativo, & extensio, non est tamen in loco naturaliter, sed supernaturaliter; quod non contingit de alio corpore existente in loco difformiter ab Angelo, quia tale corpus est in loco naturaliter, & habet necessariam conditionem requisitam ad hoc, quod Angelus possit illud movere, & transmutare, nempe praesentiam localem & localem propinquitatem, qualis est necessaria inter agens, & passum.

345 Secundo Dicendum est, Christi corpus, ut est in hoc Sacramento, non posse naturaliter habere aliquam actionem corpoream vel in se, vel in aliud corpus. Haec sequitur ex precedenti, & est communis in Schola Thomistarum cum D. Thom. 3. part. q. 76. art. 7. & q. 91. art. 4. ac etiam Scotistarum cum Scoto 4. dist. 10. quest. 7. lit. B. ubi docet, quod Christus in Euch. non potest uti aliqua potentia activa corporea, sive illa sit met corporea, scilicet consequens naturam corporei mixti, sive sit corporea, hoc est, consequens torum animatum; primo probat, quia omnis potentia activa corporea requirit passum, in quod agat, approximatum sibi localiter; ista potentia, ut est hic, non est alicui localiter approximata, ergo ut est hic non potest habere passum sibi approximatum, sicut requiritur ad actionem, talis potentiae maior patet ex 7. Phys. ubi probatur, quod oportet, agens corporeum approximatum esse passum mediate, vel immediate.

Ex quo inferitur, corpus Christi in hoc Sacramento existens non posse seipsum movere motu progressivo, & quia hic motus localem membrorum extensionem essentialiter requirit, fit enim per physicum impulsum, quo una pars mota medio contactu quantitativo aliam movet; corpus autem Christi in Euch. locali membrorum extensione caret; Nec etiam potest corpus Christi in hoc Sacramento comedere, nutrire, augeri, nec respirare, tamen nesci potest mentum, & augmentum alibi in propria praesentia circumscriptiva acquirere hic supernaturaliter fieri praesentis praesentia sacramentali; Ratio est, quia nulla operatio ex his absque motu locali exerceri potest, qui extensionem localem per se supponit; ut patet discutenti per singulas.

346 Sed rursus obicitur Nominales, corpus Christi in hoc Sac. existens posse extrinseca corpore propinqua alterate per calorem suum, frigiditatem, & similes qualitates, nec non corpus suum movere, sicut & alia corpora sibi propinqua; quia corpus Christi non est incapax istarum actionum propter modum existendi in Sacramento; sed nihil aliud est, quod possit actiones istas impedire; ergo &c. probatur maior, quia localis praesentia respectu actionum solum requiritur, tanquam conditio necessaria, ut agens, & passum sint propinqua; sed quod huiusmodi praesentia sit sacramentalis, hinc propinquitatem non impedit, sed potius illam augeret, ergo non est, qui hic modus praesentiae actionem, vel passionem impediat.

Resp. ex dictis negando minorem cum eius probatione, quia corpus Christi non est hic localiter extensum, imo quantum ad omnem habitudinem ad aliud corpus est hic, ac si non esset hic, quia non replet hic locum, atque ideo non habet neque propinquitatem, neque distantiam ad aliud corpus; quia distantia, & propinquitas sunt conditiones situs, seu corporis existentis in loco circumscriptivae; alia argumenta vide soluta supra. Sed instat Amicus disp. 20. sect. 2. in fine, quod licet extensio localis, & quantitas requiratur in subiecto corporeo ad patendum, non tamen in agente corporeo ad agendum, quia in passio requiritur, ut naturalis conditio ad agendum, ut naturalis conditio agendi, cum agens formaliter non agat per quantita tem, sed per qualitate quoque etiam indivisibiliter existens, & in puncto redacta ad hoc tenet suam vim agendi, ergo localis extensio in agente corporeo requiritur solum ad conaturaliter existendum, quia tamen super naturaliter sub lata poterit agens corporeum naturaliter agere a ditione corporea in corpus sibi propinquum; quia ratione tenet Amicus ibidem, non repugnare naturaliter, ut corpus Christi sacramentaliter existens actione corporea agat in corpus sibi propinquum.

Resp. negando assumptum, cum eius probatione, quia sicut corpus, & qualitas naturalis extensum modum occupandi locum natura sua possulant, ut existere possint, sicut agens ipse fatetur, etiam eundem modum possulare faciendum est, ut naturaliter agere possint, quia ut fatetur axioma philosophicum, & modus agendi sequitur modum essendi, tum quia materia agens, & patiens debent esse proportionata, tum quia actio ipsa, cum sit materialis, & extensa, videtur eam conditionem possulare in agente proportionato, & eiusdem ordinis praesentiam in sententia nostra asserente actio-







